Quelle: https://manuscripta.at/?ID=236
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



Benedic anima me
a domino et omnia
que intra me sunt nomi
ni eius Benedic anima
mea domino et noli ob
liuisci omnis retributiones
eius. Qui propitiatur om
ni iniquitatibus tuis. qui
sanat omnes infirmi
tates tuas. Qui redi
mit de interitu uitam me
am. qui coronat te in
miseracionibus et
miserationibus. Qui
replet in bonis desiderium
tuum. renouabitur ut aq
le iuuentus tua. Fac
ens uias domini et iu
dicium iniuriam omni
bus iniuriam patientibus.
Notas fecit uias suas
moysi. filiis israel uo
luntates suas. Miserator et miserator dominus
longanimis et multum
misericors. Non in perpe
tuum irascetur. neque in ae
ternum comminabitur. Non
secundum peccata nostra
fecit nobis. neque secundum
iniquitates nostras retri
buit nobis. Quoniam secundum
altitudinem celi a terra
corroborauit misericordiam suam
super timentes se. Quemadmodum
distat ortus ab occidente
longe fecit a nobis in
iquitates nostras. Quomodo
miseretur pater filiorum. mi
seretur dominus timentibus se.
quoniam ipse cognouit figmentum nostrum. Recordatus
est quoniam pulueris sumus.
Homo sicut fenum dies
eius. tamquam flos agri
sic efflorebit. Quoniam spiritus
pertransibit in illo. et non
subsistet. et non cognoscet
amplius locum suum.
Misericordia autem domini ab eterno
et usque in eternum super
timentes eum. Et iustitia illius in filios filio
rum. his qui seruant te
stamentum eius. Et me